EXAMINA. SOLEMNIA.

GYMNASII. FRANCOFURTENSIS.

J U S S U. E T. A U C T O R I T A T E.

SUMME. VENERANDI. CONSISTORII.

AUG. CONF.

H O C. I P S O. A U T U M N O.

PUBLICE. CELEBRANDA.

EA. QUA. DECET. PIETATE. ET. OBSERVANTIA.

INDICIT.

Dr. Ioannes. Theodorus. Vœmelius.

Rector et Professor.

FRANCOFURTI. AD. MŒNUM.

T Y P I S. H E N R. L U D O V. B R Œ N N E R I.

MDCCCXXXIX.

39.

De discrimine vocabulorum Κληροῦχος, Ἄποικος, Ἔποικος.

Qui simpliciter de discrimine vocabulorum *Κληροῦχος*, *Ἄποικος*, *Ἔποικος* judicaverit, mirum fortasse putet, quod ea de re inquiramus, quam quislibet perspicere videatur. At facile nobis veniam impertiet, si cognoverit varias et virorum doctorum sententias esse et ipsos veteres scriptores secum dissentire et recentiores quosdam vel Romanarum vel etiam Americanarum coloniarum et Graecorum morum differentiam parum perspexisse. Agedum nostram Vos, examinatores eruditissimi! rationem fortasse probetis.

Jam Hieronymus ille Wolfius a Libanio seductus rem turbavit, qui (ad hujus rhetoris Argumentum in Orat. Chers.) haec annotavit: „*Κληροῦχον* Suidas interpretatur *γεωργόν, agricolam, colonum* [cf. Schol. Aristid. p. 355 ed. Frommel.] Rem declarat ipse Libanius. Dicuntur autem *παρὰ τὸ κλῆρον ἔχειν*, ab habenda haereditate seu sorte, quod eis apud exteros praedia assignabantur idque sortito fortasse factum est. Inter *Κληρούχους* et *Ἀποίκους* hoc interesse videtur, quod hi vel pulsis veteribus incolis terram occupabant vel in vacua veniebant, illi a veteribus recipiebantur in communionem opum, ut ex sequentibus Libanii verbis apparet. *Ἔποικον* Phavorinus *inquilinum in urbe* ex Thucydide interpretatur. Nos inopia verborum coacti *Κληροῦχον*, *Ἔποικον*, *Ἄποικον colonum* interpretamur sine discrimine, nisi *agripetam* dicere libeat *τὸν Κληροῦχον*, ut Cicero Neoclem Epicuri patrem Samum venisse agripetam scribit [Nat. Deorr. Lib. I cap. 26] et agripetas ejectos [ad Attic. Lib. XV epist. 29] atque concisos [ibid. Lib. XVI epist. 1].“ Haec

Wolfius, contra quem recte quidem monuit Schaeferus in Apparatus Vol. I. p. 486 hoc: „Inter *κληρούχους* et *ἀποίκους* non interesse, quod Wolfio visum est, satis ostendit Herodotus Lib. V cap. 77. Verius Anecd. Bekk. p. 267 extr. *Κληροῦχος. οὓς ἔπεμπον Ἀθηναῖοι ἐπὶ τὰς πόλεις, ἃς ἐλάμβανον, κλήρους ἑκάστοις διανέμοντες. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ κληρουχία ἡ διανομὴ τῆς χώρας.*“ At non sufficit vocabuli perspicere originem et proprietatem, sed ut notio intelligatur, non solum vocabulum, sed etiam res necessario exponenda est.

Latinae linguae usus maxime impediebat, quominus Graecorum inprimisque Atheniensium instituta recte distinguerentur. Quanquam enim Romanorum colonias Graeci vertebant *ἀποικίας*, nonnunquam etiam *κληρουχίας*, Atheniensium tamen coloni diversi sunt *.

Κληροῦχοι, ut Sullani coloni, alienos fundos tenebant, quorum dominos vel ejecerant vel servos esse et in novorum possessorum usum agros colere jusserant, ut, quod primum in Atheniensium historiis est hujus rei exemplum, in Chalcidensium Hippobotarum devictorum agris *κληρούχους* illi reliquerunt Olymp. LXVIII, 3 a. Chr. 506. Vid. Herodot. Lib. V cap. 77. Harpocratio: *Κληροῦχοι. Δημοσθένης ἐν ὀγδόῳ Φιλιππικῶν.* [Chers. p. 91 §. 6.] *Κληροῦχοι ἐκαλοῦντο, οὓς Ἀθηναῖοι ἔπεμπον ἐπὶ τὰς πόλεις, ἃς ἐλάμβανον, κλήρους ἑκάστοις διανεμοῦντες* **. Qui Lexicographus citavit Isocrat Paneg. cap. 31 §. 107: *Κληρουχίας — ἡμεῖς εἰς τὰς ἐρημουμένας τῶν πόλεων φυλακῆς ἕνεκα τῶν χωρίων — ἐξεπέμπομεν.* Orator significat Melum insulam miseram, id quod patet e praecedentibus. Harpocrationis locum cum mendo repetiit Photius Lex. s. v. Cf. Scholia ad Chers. loc. cit. Civitate patria fruebantur et ipsi *κληροῦχοι* et liberi eorum. Vid. Ezech. Spanhem. ad Aristoph. Nubb. vs. 203. Böckh. Oecon. Vol. I p. 455. p. 460 sqq. Corp. Inscr. Vol. I. Nro. 108. Nro. 168 b. Vol. II. Nro. 1255 sq. Car. Hermann. Antiqq. Gr. §. 117, 4 — 5. De jure coloniarum vid. Vales. ad Excerpt. Polyb. p. 7. Lib. XII cap. 10 §. 3. Vol. VII. p. 90 sqq. Schw. In patriam quoque, si regio

---

*) De Romanorum coloniis vid. Creuzeri Antiqq. Rom. p. 319 sqq. §. 210 sqq. Ed. 2dae

**) Vulgo *διανεμοῦντας*. Olim recipiendum mihi visum est *διανέμοντες* e Bekk. Anecd. p. 267. Sed nunc Bekkerus ex Angelico cod. recte edidit *διανεμοῦντες*.

ab hostibus tuta erat, reverti illis licebat; quanquam retinebant sortium (*κλήρων*) possessionem et dominium. — Olymp. C, 4 Athenienses ut etiam Boeotos aliosque socios contra Lacedaemonios conquirerent, decreverunt ut *κληρουχίας* prioribus dominis coloni redderent. Diodor. Lib. XV cap. 29 fin. Attamen jam Olymp. CIV, 4 in Samum olim* per Timotheum (Isocrat. Antid. §. 107 sqq. Dem. Rhod. p. 193 §. 9) captam Athenienses agripetas deduxerunt. Schol. Aeschin. p. 731. et iterum Olymp. CVII, 1. Philochor. ap. Dionys. Dinarch. c. 13 Vol. V p. 664 sq. Qui in Chersonesum Olymp. CVI, 4 missi erant, vere dicuntur *κληροῦχοι,* quanquam non sunt veteri more. Nam Athenienses, qui advenerant, alienas possessiones sortitos esse apparet easdem fortasse, quibus olim cives usi erant. Qui vero Olymp. CIX ½ *κληροῦχοι* in Chersonesum ducti erant, eos etiam libenter incolae recepisse dicuntur. Prolegg. Halonn. p. 50. Scilicet hi Chersonesitae illorum priorum cleruchorum Atheniensium e peninsula metu Philippi exulantium (Prolegg. Phil. I p. 70 et p. 94) bona possidebant, et quum iidem Philippum timerent, libenter cum novis colonis communicabant quae non sua erant.

Ἄποικοι omnino nominantur qui emigraverunt *(Auswanderer)* novamque patriam ac civitatem petierunt. *Ἔποικοι* iidem sunt, nisi quod respicitur non unde, sed quo profecti sint, qui in peregrinam terram immigraverunt *(Einwanderer)*. Vid. Krüger. ad Dionys. p. 101, quem secutus est Schaeferus l. l. cf. hunc eundem ad Schol. Paris. Apollon. Argon. p. 339. et Popponem Prolegg. Thuc. Vol. I P. 1 p. 235.

Est autem horum vocabulorum notio modo latior modo strictior. Namque *Κληροῦχοι* a Pericle in Chersonesum missi (Diodor. Lib. XI cap. 88) a Plutarcho (Vit. Pericl. cap. 19 p. 163 C) dicuntur *Ἔποικοι*, et Aeschines (f. leg. p. 337 §. 175) perhibet: *καὶ Χεῤῥόνησον καὶ Νάξον καὶ τὴν Εὔβοιαν εἴχομεν, πλείστας δ' ἀποικίας ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις* (post pacem a Nicia factam Olymp. LXXXIX, 3 — XCI, 1) *ἀνεστείλαμεν.* Libanius in Argumento citato promiscue utitur vocabulis *Κληρούχοις* et *Ἐποίκοις*. Qui

---

*) Timotheus Samum Olymp. CIII, 3. liberavit. Diodor. Lib. XVIII cap. 18. cll. Isocrat. Antid. Dem. Rhod. locc. citt. Quomodo intellexerim Diodori verba, exposui in censura vitae Philippi a Bruecknero editae, quam censuram in Annalibus Heidelberg. describendam misi.

Athenienses Maliensium trucidatorum bona et agros occupaverunt, a Thucydide nominantur *Ἄποικοι* latiore notione (Lib. V extr.), ab Isocrate proprie *Κληροῦχοι* (loc. cit.). In ejectorum Aeginetarum agros immissi *Ἔποικοι* et *Οἰκήτορες* dicuntur ab eodem Thucydide Lib. II cap. 27, ad quem locum videre potes Scholiastarum, Lexicographorum et interpretum quorundam somnia de vocabulorum eorum discrimine. Item qui Potidaea occupata Olymp. LXXXVII, 4 et ejectis omnibus Potidaeatis proprie facti sunt *Κληροῦχοι*, dicuntur *Ἄποικοι* et *Οἰκήτορες*. Diodor. Lib. XII cap. 46: *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τῶν πολιτῶν εἰς χιλίους οἰκήτορας ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Ποτίδαιαν καὶ τήν τε πόλιν καὶ τὴν χώραν κατεκληρούχησαν.* Thucydides Lib. II cap. 70, unde Diodorus profecit, eosdem nominaverat *Ἐποίκους*. Demosthenes Phil. II p. 70 §. 20 *Ἀποίκους*. Scilicet omnes *Κληροῦχοι* sunt *Ἄποικοι* vel *Ἔποικοι* sensu latiore. At quum, ut antiquo tempore et bis terve Periclis aetate factum est, mittebantur qui novem patriam conderent, non erant *Κληροῦχοι*, sed *Ἄποικοι* vel *Ἔποικοι* sensu strictiore. Aliud discrimen esse putat Wachsmuthius Antiqq. Graecc. Vol. I P. 2 p. 40 sqq., cui aliquo modo praeivit Drumannus Versuch. p. 745 sqq.

Sed rem exemplis firmabo, *Ἀποικίαι* missae sunt ab Atheniensibus in Joniam antiquissimo tempore (Herodot. Lib. I cap. 146 sq.), Thurios Olymp. LXXXIV, 1 a Chr. 444 (Dissert. Chronolog. nostr. ad h. a.), Amphipolim Olymp. LXXXV, 4 a. Chr. $\frac{437}{436}$ (Prolegg. Phil. I §. 9 p. 48). Hi *Ἄποικοι* non omnes civitate Attica fruebantur, sed ii tantum qui fuerant cives. Athenienses erant duces coloniae, paucissimi cives quidem, alii eos comitabantur iique plurimum egeni, sed reliqui omnes erant peregrini. De Amphipolis ducibus et colonis vid. Prolegg. Phil. I §. 9 sq. Thuriorum condendorum duces fuerunt decem Athenienses (Schol. ad Aristoph. Nubb. vs. 331 et Avv. vs. 521 cf. Taylor. Vit. Lysiae in Reisk. Orr. Vol. VI p. 107 sq.). trium nomina scimus: Lamponem (Plutarch. Reip. ger. praec. cap. 15 p. 812 C), Hieronem (Plutarch. Vit. Niciae p. 526 B), Xenocritum (Diodor. Lib. XII cap. 10), quem comitatus esse ab incerto auctore (Vit. Thucyd. p. 11 ed. Francof. cf. Marcellin. §. 25) dicitur Thucydides. Confudit iste fortasse Thucydidem cum Herodoto (Poppon. Prolegg. Vol. I P. 1 p. 26 sq.), quem scriptorem cum iis

colonis profectum esse vulgo notum est, sicut Lysiam puerum cum fratribus (Dissert. nostr. cit.). Falso tradidit Eustathius ad Dionys. Perieg. p. 163 ed. Bernhard. non solum Athenienses, sed etiam Lacedaemonios coloniam eam misisse. Lacedaemonii rogati illi quidem, rem recusaverunt. At Peloponnesiorum multi facti sunt coloniae socii. Dionys. Hal. Lys. Vol. V p. 453: *ἣν* (sc. *ἀποικίαν εἰς Θουρίους*) *ἔστελλον Ἀθηναῖοί τε καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλάς*. Diodor. loc. cit.: *οἱ τὸ δεύτερον ἐκπεσόντες ἐκ τῆς πατρίδος Συβαρῖται πρέσβεις ἔπεμψαν εἰς τὴν Ἑλλάδα πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους ἀξιοῦντες συνεπιλαβέσθαι τῆς καθόδου καὶ κοινωνῆσαι τῆς ἀποικίας. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν οὐ προσέσχον αὐτοῖς, Ἀθηναῖοι δὲ συμπράξειν ἐπαγγειλάμενοι, δέκα ναῦς πληρώσαντες ἀπέστειλαν τοῖς Συβαρίταις, ὧν ἡγεῖτο Λάμπων τε καὶ Ξενόκριτος, ἐκήρυξαν δὲ κατὰ τὰς ἐν Πελοποννήσῳ πόλεις κοινοποιούμενοι τὴν ἀποικίαν τῷ βουλομένῳ μετέχειν.* Id. ibid. cap. 35: *οἱ τοὺς Θουρίους οἰκοῦντες ἐκ πολλῶν πόλεων συνεστηκότες ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους, ποίας πόλεως ἀποίκους δεῖ καλεῖσθαι τοὺς Θουρίους* etc. Cf. Eustath. loc. cit.

Talium coloniarum condendarum consilium diserte docet Plutarchus, quanquam vocabula non accurate discernens, Vit. Pericl. cap. 11: *χιλίους μὲν ἔστειλεν* (sc. Pericles) *εἰς Χεῤῥόνησον κληρούχους, εἰς δὲ Νάξον πεντακοσίους, εἰς δὲ Ἄνδρον ἡμίσεις τούτων, εἰς δὲ Θρᾴκην χιλίους Βισάλταις συνοικήσαντας, ἄλλους δὲ εἰς Ἰταλίαν οἰκιζομένης Συβάρεως, ἣν Θουρίους προσηγόρευσαν. Καὶ ταῦτ' ἔπραττεν ἀποκουφίζων μὲν ἀργοῦ καὶ διὰ σχολὴν πολυπράγμονος ὄχλου τὴν πόλιν, ἐπανορθούμενος δὲ τὰς ἀπορίας τοῦ δήμου, φόβον δὲ καὶ φρουρὰν τοῦ μὴ νεωτερίζειν τι παρακατοικίζων τοῖς συμμάχοις.* Cf. Liban. loc. cit.

Haec de notione vocabulorum commemoratorum, sed de tota coloniarum Graecarum ratione vid. quos larga manu promsit Carolus Hermannus Antiqq. Graecc. §. 73 not. 1. §. 86 not. 19. §. 117 not. 7 sq., et in Annall. Heidelb. 1830 No. 63 p. 1006 sq. Adde Pfefferkorn. De Coloniis veterum Graecorum. Regiomont. March. 1838.

Schulnachrichten.

Vorerst erwähnen wir mit innigstem Danke der Geschenke, welche unserer Wittwen - und Waisenkasse zugeflossen sind:

Den 22. März	von	Herrn	Fr. B. Thomä	3 fl.	—
„ 23. „	„	„	Oberlehrer Fresenius	2 fl.	42 kr.
„ 2. April	„	„	Baurath Hess	10 fl.	48 „
„ 5. „	„	Frau	Pfarrerin Fresenius	3 fl.	30 „
„ 8. „	„	Herrn	Senator Dr. Gwinner	5 fl.	24 „
„ 24. „	„	„	Sam. Passavant	10 fl.	48 „
				36 fl.	12 kr.

Im Juli bezog der Rector mit Dankgefühl seine schöne, geräumige und gesunde Wohnung im neuen Gymnasium.

Den 12. März wurde durch hochverehrlichsten Senatsbeschluss Herr Friedrich Gutermann als Hauptlehrer von Quinta für unser Gymnasium gewonnen. Er erzählt sein Leben folgendermassen:

„Ich wurde am 5. April 1798 zu Regensburg geboren. Georg Melchior Gutermann, mein sel. Vater, war daselbst in der Dittmer'schen Handlung angestellt; er kehrte später mit meiner Mutter Friederike Beate Henriette Sophie, geb. Heyne, und mit meinen Geschwistern nach seiner Vaterstadt Frankfurt zurück. Vorbereitet auf dem Gymnasium zu Regensburg, bezog ich im Jahre 1816 die Universität Erlangen, wo ich Theologie und Philologie studirte. Im Jahr 1821 kam ich nach Frankfurt, ertheilte Anfangs Privatunterricht, und erhielt am 21. September 1826 die Hochobrigkeitliche Erlaubniss zur Errichtung einer Lehr - und Erziehungsanstalt für Knaben. Am 12. März 1839 wurde ich durch Hohen Senatsbeschluss zum ordentlichen Lehrer der fünften Classe des hiesigen Gymnasiums ernannt. Gewissenhafte Erfüllung meiner Berufspflichten bezeuge unter Gottes Beistand den Ernst des Bestrebens, mich dieser ehrenvollen Berufung stets ebenso dankbar, als ihrer würdig zu beweisen."

Erschienen ist von diesem Gelehrten:

Kurzgefasste Geschichte des Grafen Rudolph von Habsburg. Frankfurt a. M. 1827. 4°.

Ueber den Begriff und die Charaktere des Schönen. Ebend. 1837. 8°.

Zu der bevorstehenden Prüfung und Progressionsfeierlichkeit habe ich die Ehre alle Hohen Gönner und alle Hochgeschätzten Freunde unserer Schule ehrerbietigst und ergebenst einzuladen, namentlich die Hohen und die Hochwürdigen Obern, die Hochlöblichen Bürgerrepräsentanten, die Hoch- und Hochehrwürdigen Geistlichen aller Confessionen, die Gelehrten und Gebildeten jedes Standes und jedes Faches und die verehrtesten Eltern unserer Schüler. Möge die zahlreiche Gegenwart derselben unsere Prüfung und Feierlichkeit verherrlichen und der hoffnungsvollen Jugend zur Ermunterung dienen!

1839.

Obrigkeitliche Anordnung

der Prüfungen im Kaisersaale.

Mittwoch den 28. August. Vormittags. Prima.

9 — 10. Sopocles . . . . Schwenck.

10 — 11. Cicero De Nat. Deorr. . . . . Rödiger.

Nachmittags. Secunda.

3 — 4. Geschichte . . . . Röder.

4 — 5. Xenoph. Anab. . . . . Rödiger.

Donnerstag den 29. August Vormittags. Tertia.

9 — 10. Ciceronis Epist. . . . . Weismann.

10 — 11. Mathematik . . . . Herling.

Nachmittags. Quarta.

3 — 4. Cornel. Nepos . . . . Hefs.

4 — 5. Geschichte . . . . Weismann.

Freitag den 30. August Vormittags.

Quinta.

9 — 9½ Evang. Religion . . . . Gutermann.

9½ — 10. Lateinisch . . . . „

Sexta.

10 — 11. Lateinisch . . . . Scholl.

Progressionsfeierlichkeit

Freitag den 30. August Nachmittags 3 — 5 Uhr.

Antrittsrede des Herrn Gutermann.

Carl Julius Bernh. Eckhard I: Ueber die Olympischen Spiele.

Adolph Bruno Theodor Kloss II: Ueber Karl den Kühnen von Burgund.

Versetzung VI — IV.

Maximilian Joseph von Voelderndorf und Waradein II: Jugurtha und Rom.

Johann Baptist Bernhard I: Quid Carolus Magnus pro suo populo fecerit.

Preisvertheilung.

Versetzung III — I.

Verzeichniß

der

Lectionen im Gymnasium

nach

Classen und Lehrstunden geordnet

für das

Winter-Halbjahr 1839 — 1840.

Uebersicht.

	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	St.	
Protest. Religionslehre	2	2	2	2	2	2	12	
Deutsche Sprache und Styl-Uebungen	2	2	2	2	4	4	16	
Lateinische Sprache	8	12	12	12	10	10	64	
Griechische Sprache	10	6	6	6	—	—	28	
Mathematik	2	4	4	4	4	4	22	
Physik	2	—	—	—	—	—	2	
Naturbeschreibung	—	—	—	—	—	2	2	
Erdbeschreibung	—	—	—	2	4	2	8	
Geschichte	4	4	4	2	—	—	14	
Class. Alterthumskunde	—	—	—	—	—	—	—	
Logik	—	—	—	—	—	—	—	
Schreiben	—	—	—	—	3	3	6	
	30	30	30	30	27	27		174

Besondere Abtheilungen.

	I.	II.	III.	IV.	V.	St.
Katholische Religionslehre	2	2	2	—	—	6
Hebräische Sprache	2	2	—	—	—	4
Französische Sprache	4	4	3	3	—	14
Englische Sprache	2	2	2	—	—	6
Zeichnen	VI.	V.	je	3	—	6
Singen						
						36
Zusammen						210

Diejenigen Lehrstunden, deren Besuch von dem erklärten Willen der Eltern oder Pflegeeltern eines Schülers abhängt, sind durch lateinische Schrift bemerklich gemacht. Der Eintritt in dieselben muss im Anfange des Semesters geschehen.

Montag und Donnerstag.

	Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
8 bis 9	Religionslehre. Evang. Protest. Bömel. / Kathol.	Hörter.	Exercitia Latina ☽ pro loco ♃ ex temp.	Geographie. Gutermann.	Latein. Repetition. Heß.	Latein. Gramm. Scholl.
9 bis 10	Cicer. Nat. D. (ed. minor Moseri.) Rödiger.	Horat. Od. Schwenck.	Weismann.	Mathemat. (Thilo.) Heß.	Rechnen. Gutermann.	Latein. Exposition (Krebs.) Scholl.
10 bis 11	Sophocles. Schwenck.	Xenoph. Cyri Disc. Rödiger.	Griechisch. (Jacobs Attica). Weismann.	Griechisch. (Jacobs I.) Heß.	Geographie. (Gaspari.) Gutermann.	Rechnen. (Flügel.) Scholl.
11 bis 12	Französisch. II. Abth. Expos. Minner.		Englisch. I. Abth. Howe.		Zeichnen. VIa. Reges.	
2 bis 3	Mathematik. (Thilo.) Herling.	Cic. Orr. Bömel.	Geschichte. (Schmidt.) Röder. / F. die Kath. Steingaß.	Geschichte. Weismann.	Deutsche Grammatik. Scholl.	Schreiben. Lauten.
3 bis 4	☽ Demosthen. ♃ Exerc. Gr. Bömel.	Geschichte. (Schmidt.) Röder. / F. die Kath. Steingaß.	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Latein. Repetition. Weismann.	Latein. Prosaiker. (Eutrop.) Gutermann.	Deutsche Orthographie. Scholl.
4 bis 5	Geschichte. (Schmidt.) Röder. / Für die Kathol. Steingaß.	Deutsche Stylarbeit. Herling.	Deutsche Stylarb. (Herling.) Weismann.	Deutscher Styl. Heß.	Französisch, III. Abtheilung. (Jauffret.) Minner.	
5 bis 6	Hebräisch. I. Abtheilung. Herling.					

Dienstag und Freytag.

	Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
8 bis 9	Demosthenes. Vömel.	Latein. Exercit. ♂ pro loco (Weber.) ♀ ex temp. (Strack.)	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Phaedrus. Weismann.	Religion. Ev. Protest. Gutermann. Kathol.	Religion. Ev. Protest. Scholl. Hörter.
9 bis 10	Horat. Sat. et Epist. Schwenck.	Rödiger.	Cic. Epist. Weismann.	Cornel. Nepos. Heß.	Latein. Prosaiker. (Eutrop.) Gutermann.	Latein. Grammatik. Scholl.
10 bis 11	Homer. Ilias. Rödiger.	Hor. Od. Schwenck.	Griech. (Jacobs Attica). Weismann.	Griechische Exerc. ext. (Heß.) Heß.	Geographie. (Gaspari.) Gutermann.	Rechnen. (Flügel.) Scholl.
11 bis 12	Franz. I. Abth. Exerc. (Jauffr.) Minner.		Englisch. II. Abth. Howe.		Zeichnen. Va. Reges.	
2 bis 3	Geschichte. (Schmidt.) Röder. Für die Kathol. Steingaß.	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Griech. Grammat. und Exercitia. Weismann.	Mathemat. (Thilo.) Heß.	Schreiben. Lauten.	Geographie. (Gaspari.) Gutermann.
3 bis 4	Angewandte Math. Herling.	Geschichte. (Schmidt.) Röder. F. die Kath. Steingaß.	Latein. Repetition. Rödiger.	Latein. Exercit. ♂ pro loco ♀ ex temp.	Deutsche Stylarbeit. Gutermann.	Deutsche Grammatik. Scholl.
4 bis 5	Deutsche Stylarbeiten. Herling.	Xenoph. Cyri Disc. Rödiger.	Geschichte. (Schmidt.) Röder. F. die Kath. Steingaß.	Heß.	Französisch, III. Abtheilung. Grammatik. Minner.	
5 bis 6	Hebräisch. II. Abtheilung. Herling.					

Mittwoch und Samstag.

	Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
8 bis 9	Latein. Exerc. dom. Schwenck.	Cic. Orr. Bömel.	Religion. Evang. Weismann. Kathol. Hörter.	Religion. Protest. Heß.	Rechnen. Gutermann.	Naturbeschreibung Scholl.
9 bis 10	Cicer. Oratt. Schwenck.	Ex. græc. Rödiger.	Cic. Epist. Weismann.	Cornel. Nepos. Heß.	Latein. Exercitia ☿ pro loco ♄ ex temp. (Schirlitz.) Gutermann.	Latein. Exercitia ☿ pro loco ♄ ex temp. (Hermann.) Scholl.
10 bis 11	Horat. Sat. et Epist. Schwenck.	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Ovid. Met. Rödiger.	Griech. Grammatik. Heß.		
11 bis 12	Französisch, I. Abtheilung. Exerc. dom. Minner.	Englisch III. Abth. Howe.	Zeichnen, ☿ Va. ♄ VIa. Reges.		Schreiben, ☿ VIa. ♄ Va. Lauten.	
2 bis 3	Französ. II. Abtheil. Exerc. (Neueste Chr.) Minner.		Zeichnen. Reges.			
3 bis 4	Geschichte für die Kathol. IV. Classe. Steingaß.	Zeichnen. Reges.	Franz., III. Exerc. dom. (Hecker) Gramm. Minner.			